DEus misereatur nr̄i et benedicat nobis: illumi net vultum suū sup nos & misereat nr̄i. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum Confiteantur tibi populi deus: cōfiteantur tibi populi omnes. Letentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi oēs: terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus⁹ deus noster, benedicat nos deus, et metuant eum omnes fines terre. Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino. Benedicite aq̃ omnes que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino. Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino. Benedicite ymber et ros domino: benedicite omnis spiritus dei domino. Benedicite ignis ⁊ estus domino: benedicite frigus et estas domino. Benedicite rores ⁊ pruina domino benedicite gelu et frigus domino. Benedicite glacies et nives domino: benedicite noctes et dies domino. Benedicite lux ⁊ tenebre domino, benedicite fulgura ⁊ nubes domino.

Benedicat terra dominum, laudet et supereraltet eum in secula. Benedicite montes et colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino. Benedicite fontes domino: benedicite maria & flumina domino. Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.

Benedicite omnes bestie et pecora domino: benedicite filij hominum domino.

Benedicat israel dominum: laudet te supereraltet eu3 in secula. Benedicite sacerdotes domini domino, benedicite serui domini domino. Benedicite spiritus & anime iustorum domino, benedicite sancti et humiles cor3de domino.

Benedicite anania azaria masael domino: laudate et superexaltate eum in secula. Benedicamus patrem & filium cū sancto spiritu: laudem⁹ et superaltem⁹ eū in secula.

148 Laudate dñm de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eū omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorum et aque q̄ super celos sunt laudēt nomen dñi. Q; 59
ipse dixit et fctā sunt: ipse mādauit et creata sunt. Statuit ea in eternum et in seculum seculi: ꝓceptum posuit et non ꝓteribit. Laudate dñm de terra: draconones et oēs abissi. Ignis grādo nix glacies spūs procellarum: q̄ faciunt verbū ei⁹. Montes et oēs colles: ligna fructifera & omnes cedri. Bestie et vni-

uersa pecora: serpentes et omnes volucres pennate. Reges terre et oēs populi principes et oēs iudices tre. Iuuenes et virgines senes cū iuniorībus laudent nomē dñi: qz exaltatū est nomen eius solius. Cōfessio eius sup celū et terrā: et exaltauit cornu populi sui. Hymnus oībus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi.

59 Cantate domino cāticum nouum: laus eius in ecclesia sāctorum. Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo. Laudēt nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallāt ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem. Exultabūt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gut

 ture

ture eorum et gladij ancipites in manibus eorum. ℣ d faciendam vindictam in nationibus: increpationes in pplis. ℣ d alligandos reges eorum in cōpedibus: ℟ nobiles eorum in manicis ferreis. ℣ t faciant in eis iudicium conscriptum gloria hec est omnibus sanctis ei⁹.

Laudate dñm in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. ℣ audate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. ℣ audate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara. ℣ audate eum in tympano ℟ choro: laudate eum in cordis ℟ organo. ℣ audate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis oīs spūs laudet dñm. Glia ℣. Dat mirabile com-

commerciū creatoz generis huma
ni animatum cozpꝰ sumens de vir
gine nasci dignatꝰ est: et procedēs
homo sine semine largitus est no-
bis suam deitatem.

Capitulum.

In omnibus requiem quesiui, et
in hereditate domini mozaboz,
tunc precepit dixit michi creatoz
omnium et qui creauit me requie-
uit in tabernaculo meo. Deo gra-
tias.

Hymnus.

O Gloziosa domina excelsa su-
pza sydera qui te creauit pzo
uide lactasti sacro vbere.
Quod eua tristis abstulit tu red-
dis alino germine intrent vt astra
flebiles celi fenestra facta es.
Tu regis alti ianua et pozta lu-
cis fulgida vitā datā p ṽgine gētes
redempti plaudite, Gloria tibi do-

mine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. ℣. Elegit eam deus et preelegit eam. ℟. Et habitare eam facit in tabernaculo suo. ℣. Gloria. Canticum zacharie. Benedictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sctōꝝ: quia seculo sunt prophetaꝝ eius. Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium q̄ oderunt nos. Ad faciendam mīām cum patribus nostris: et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum q̄ iurauit ad abrahā patrē nostrū: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate

tate et iustitia coram ipso, omnib⁹ diebus nostris. ℭ Et tu puer prophe ta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias ei⁹. Ad dandam scientiam salutis plebi ei⁹: in remissionem pcõrum eorum. Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. ℭ Oratio. ℣. O gloriosa dei genitrix virgo semp maria que dominum omniũ meruisti portare et regem angelorum sola virgo lactare, nostri q̃s pia memorare et pro nobis xp̃m deprecare vt tuis fulti patrocinijs: ad celestia regna mereamur peruenire. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs.

Conce-

Oncede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis & corporis salute gaudere, et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia, et eterna perfrui leticia. Per christum dominum nostrum. Amen. Bñdicamus domino. Deo gratias.

Ad matutinas de cruce.

Omine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Hymnus.

Patris sapientia veritas diuina. Deus homo captus est hora matutina. A notis discipulis cito derelict⁹. A iudeis vēditus traditus

tradit⁹ afflictus. ℟. Adoramꝰ te chriſte & benedicimus tibi, qꝛ per ſãctã crucẽ tuam redemiſti mundũ. ℣. Qui paſſus es pꝛo nobis. ℟. Domine miſerere nobis. Oremus.

Domine ieſu chriſte fili dei vi
ui pone paſſionem crucem &
moꝛtem tuam inter iudici-
um tuum et animam meam nunc
et in hoꝛa moꝛtis mee. Et largiri
digneris viuis miſericoꝛdiam et
gratiam, defunctis requiem et ve-
niam, eccleſie regnoꝛꝫ pacem et ve
ram concoꝛdiam, et nobis pctõꝛibꝰ
vitã & gloꝛiam ſempiternã. Qui vi
uis et regnas deꝰ p oĩa ſecula ſecu
loꝛũ. Amen. Gloꝛioſa paſſio domi-
ni nꝛi ieſu xp̃i eruat nos a doloꝛe
triſti et peꝛducat nos ad gaudia pa
radiſi. Amen. Benedicamus domi
no. Deo gratias. Ad pꝛimam.

Deus

Deus in adiutoꝛium meum
intende. Domine ad adiu
uandum me festina. Gloꝛia
patri. Sicut erat. Hymnus.
Veni creatoꝛ spiritus mentes
tuoꝛum visita imple supna
gratia que tu creasti pectoꝛa
Memento salutis auctoꝛ quod nos
stri quondam coꝛpoꝛis: et illibat
virgine nascendo foꝛmam sumpsi
ris. Gloꝛia tibi domine qui natus
es de virgine cum patre et sancto
spiritu in sempiterna secula. Amen
an Mñ natus. Psalmus.
Beatus vir qui non abijt in co
silio impioꝛum et in via pec
catoꝛum non stetit: et in cath
doꝛa pestilentie non sedit. Sed in le
ge domini voluntas eius, et in leg
eius meditabitur die ac nocte. Et
erit tanquam lignum quod plant
tum est secus decursus aquarum

quod fructū suum dabit in tpe suo. Et folium eius non defluet: et omnia quecumq; faciet prosperabuntur. Non sic impij non sic, sed tāq; pulvis quem proicit ventus a facie terre. Ideo non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit dominus viam iustorum, et iter impiorum peribit. Gloria patri. Sicut erat in principio.

Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terre, et principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum et aduersus christum eius. Dirumpamus vincula eorum, et proiiciamus a nobis iugū ipsorū. Qui habitat in celis irridebit eos, et dominus subsannabit eos. Tunc lo-

loquetur ad eos in ira tua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius: predicans preceptum eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Reges eos in virga ferrea: et tanquam vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Servite domino in timore: et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam neqñ irascatur dominus et pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo. Gloria patri et filio et spiritu. Sicut erat.

Psalmus.

Ver

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus. Quoniã ad te orabo dñe: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi & videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operant iniquitatem: perdes omnes qui loquũtur mendacium. Virum sanguinum et dolosũ abhominabitur dñs ego autẽ in multitudine mie tue. Introibo in domũ tuã: adorabo ad tẽplũ sctm̃ tuũ in timore tuo. Dñe deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam. Quoniam nõ est in ore eorũ veritas, cor eorum vanum

num

num est. Sepulchrum patens e
guttur eorum linguis suis dolos
agebant: iudica illos deus. Dec
dant a cogitationibus suis secun
dum multitudinem impietatum
eorum expelle eos quoniam irrita
uerunt e domine. Et letentur om
nes qui sperant in te, in eternū ex
ultabunt et habitabis in eis. Et
gloriabuntur in te omnes qui dili
gunt nomen tuum, quoniam tu
benedices iusto. Domine vt scuto
bone voluntatis tue, coronasti nos
Gloria patri et filio. Sicut erat.

Laudate dominum omnes gē
tes, laudate eum omnes po
puli. Quoniam confirmata
est super nos misericordia eius, et
veritas domini manet in eternum
Gloria patri. ā. Quando natus es
ineffabiliter ex virgine maria tunc
im

impleteſū t ſcripture ſicut pluuia t
vellus deſcendiſti vt ſaluz faceres
genus humannz: te laudam⁹ de-
us noſter. ℭapitulum.
IN omnibus requiem queſiui: t
in hereditate domini mozaboz,
tunc pzeepit t dirit michi creа-
toz omniuz, et ꝯ creauit me requi-
euit in tabernaculo meo. Deo.
℟. Aue maria gracia plena dñs
tecum. Aue maria gracia plena.
℣. Bñdictatu in mulieribus, et be
nedictus fruct⁹ ventris tui. Dñs
tecum. Glozia patri et filio t ſpũi
ſancto. Aue maria gracia plena.
℣. Sancta dei genitrix virgo ſem
per maria. Intercede pzo nobis
ad dñm deum noſtrum. Domine
exaudi oraciones meaz. Et clamoz
℟. Concede nos. vt ſup. ℣. eus
in adiutoziuz meuz intende. Do-
Fi. mine

ne ad. Gloria. Hymnus.

HOra prima ductus est iesus and pylatum. Falsis testimonijs multum accusatum In collo percutiunt manibus ligatus. Vultum det conspuũt lumen cel gratumã. Adoramus te chriſte et benedicimus tibi, quia per sanctã crucem tuam redemisti mundum Oratio. O omine iesu chriſte. Gloriosa passio domini. Ad terciam.

DEus in adiutorium meum intende. O omine ad adiuuandum me festina. Hy. Veni creatorum. Rubum.

AD dñm cũ tribularer clamaui, et exaudiuit me. O ñe libera aiam meã a labijs iniquis: et a lingua dolosa. Q. uid detur tibi aut qd apponat tibi, ad lingua dolosam: S agitte potentis acu

cu

cum carbonibus desolatoꝛissꝫ. ꝫ eu mihi quia incolatus meus pꝛolongatus est, habitaui cum habitantibus cedar, multum incola fuit aĩa mea ꝙ um his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis ꝯ lo. ps. 120

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi: ꝯ uxilium meum a dño, qui fecit celum ⁊ terram: ꝯ on det in commotionem pedem tuũ: neqꝫ dozmitet qui custodit te ꝙ cce non dozmitabit neqꝫ dozmiet, qui custodit israel: ꝯ ominus custodit te dominus pꝛotectio tua, super manuꝫ dexteram tuam: ꝯ er diem sol non vꝛet te, neqꝫ luna per noctem.

ꝯ ominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tu
um et exitum tuum: ex hoc nunc
vsq; in seculum. Gloria patri. ps.

Letatus sum in his que dicta
sunt mihi in domum domini
ibimus. Stantes erant pe
des nostri in atriis tuis hieru
tem Hierusalem que edificatur ut
ciuitas: cuius participacio eius in
idipsum. Illuc enim ascenderun
tribus tribus domini, testimoniu
israel ad confitendum nomini do
mini. Quia illic sederunt sedes in
iudicio: sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacem sunt hieru
salem: et abundantia diligentib
te. Fiat pax in virtute tua: et abu
dancia in turribus tuis. Propter
fratres meos et proximos meos lo
quebar pacem de te. Propter do
mum domini dei nostri: quesiui bo
ni

na tibi. Gloria patri et filio. An.
Rubum quez viderat moses incō
bustum, conseruatam agnouim⁹
tnam laudabilem virginitatē dei
genitrix intercede pro nobis. Capitm.

ANtitio et ante secula crea
ta sum: et vsq; ad futurum
seculum non desinaz et in
habitacione sancta cozaz ipso mi-
nistraui. Deo gratias. ℟. San-
dei genitrix virgo semper maria
Sancta ℣. Intercede pro nobis ad
dominum deum nostrum. Virgo
Gloria. Sancta. ℣. Post partum
virgo inuiolata permansisti. Dei
genitrix intercede pro nobis. Do
mine exaudi orationem meam.
Et cla. Oratio. Concede nos. vt su
Deus in ad. Domine ad. Fabia d:

URucifige clamitāt hoza ter Cum
tiacum. Illusus induitur

F.iii. veste

beste purpurayn. Caput eiꝰ pungi
tur corona spinarum. Crucem por
tat humeris ad locum penarum.
Adoramus. Dñe iesu. Gloriosa
passio.

Ad sertam.

DEus in adiutorium. Dñe
ad adiuuandum. Gria. hyᵖ
Veni creator. ā. Germina
uit. Psalmᵘˢ. 122

AD te leuaui oculos meos,
qui habitas in celis. Ecce
sicut oculi seruorū, in mani
bus dominorum suorum. Sicut
oculi ancille in manibus domine
sue, ita oculi nostri ad dominum
deum nostrum donec misereatur
nostri. Miserere nostri domine mi
serere nostri, qꝛ multum repleti su
mus despectione. Qꝛ multū reple
ta est aia nr̄a, oppbꝛiū abūdātibus
et despectio superbis. Gloria patri.

Ni

Nisi quia dominus erat in no
bꝭ dicat nūc israel, nisi quia
dominus erat in nobis. Qui
exurgerent homines in nos forte
viuos deglutissent nos. Cum iras
ceretur furor eorū in nos, forsitam
aqua absorbuisset nos. Torrentez
pertransiuit anima nostra, forsitā
pertransisset anima nostra aquam
intolerabilem. Benedictus domi-
nus qui non dedit nos, in captione
dentibus eorum. Anima nostra
sicut passer erepta est, de laqueo ve
nantium. Laqueus contritus est
& nos liberati sumus. Adiutorium
nostrum in nomine domini, qui fe
cit celum et terram. Gloria patri.
Sicut erat. Psalm⁹. 124

Qui confidunt in domno si-
cut mons syō: non cōmoue

bitur in eternum q̃ habitat in hie-
rusalem. Montes in circuitu eius
et dominus in circuitu populi sui,
ex hoc nūc & vsq; in seculum. Quia
nō relinquet dñs virgam pctōrum
sup sortem iustorum, vt non extend
ant iusti ad iniquitatem manus
suas. Benefac domine, bonis & re-
ctis corde. Declinantes autem in
obligationes adducet dominus cū
operantibus iniquitatem, pax su-
per israel: Gloria. ā. Germinauit
radix iesse orta est stellaex iacob vir
go peperit saīuatorem, te laudam⁹
deus noster. capi.

Et sic in syon firmata sum: et
in ciuitate sanctificata simili-
ter requieui, et in hierūm po-
testas mea. Deo gratias. ℟. Post
partū virgo inuiolata permansisti
Post partum. ℣ Dei genitrix in-
tercede pro nobis. Inuiolata. Glo-

ria. Post partum. ℣. Speciosa facta es et suauis. In delicijs tuis sancta dei genitrix. ℣. Ora pro nobis. ℟. Concede nos. vt supra. ℣. Deus in.

Hora sexta iesus est cruci conclauatus. Atq; cum latronibus pendens deputatus. Pro tormentis sitiens felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificat⁹. ℣. Adoramus te. Dñe iesu christe Gloriosa. vt supra. ℣. Ad nonam.

Deus in adiutorium meum intende. ℣. Domine ad adiuuandum me festina Gloria patri Ecce maria.

Psalmus. 125

In conuertendo dominus captiuitatem sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione.

ne. Tunc dicent iter gentes, magnificauit dominus facere cum eis Magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus letantes. Conuertere domine captiuitatē nostrā sicut torens in austro. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. Uenientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Gloria patri. Sicut erat.

126 NIsi dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam. Nisi domin⁹ custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnū,

ecce

ecce hereditas domini filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis, ita filij excussorum Beatus vir qui impleuit desyderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria patri.

BEati omnes qui timent dñm q ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum q manducabis, beatus es & bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundãs, in lateribus domus tue. Filij tuj sicut nouelle oliuarum, in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex syon, & videas bona hierusalem oib⁹ diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum, pacẽ sup israel. Glia. ā. Ecce maria genuit nobis saluatorem, quem

127

iohãnes

ſohannes videns exclamauit dicens, ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi alleluya. Capi.

ET radificaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius et in plenitudine ſanctorum detencio mea. Deo gracias. ℟. Speciosa facta es et ſuauis. Speciosa. ℣. In deliciis tuis ſãcta dei genitrix. Et ſuauis. Gloria patri. Speciosa. ℣. Elegit eam deus et pzelegit eam. ℟. Et habitare eaz facit in tabernaculo ſuo. Domine ex. Et clamor. Concede nos. vt ſup. Deus adiutoziuz meuz. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria pa.

HOza nona dominus ieſus expirauit. Hely clamans animaz patri cõmendauit. Latus eius lancea miles pforauit

uit. Terra tunc contremuit et sol obscurauit. Adoramuste. Oracio. Domine ieſu. Glorioſa paſſio.

Ad veſperas

Deus in adiutoriu meum intende. Domine ad adiuuandu me feſtina Gloria. ān. Poſt partum virgo. Pſalm. 2.

Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Stantes erāt pedes noſtri in atriis tuis hieruſalem Hieruſalem que edificatur vt ciuitas: cuius participacio eis inidipſum. Illuc enim aſcenderunt tribus tribus dñi: teſtimoniu iſrael ad confitendu nōi dñi. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſup domu dauid. Rogate que ad pacem ſunt hieruſalem: et abundancia diligentibus te.

Fiat

ſohannes videns exclamauit dicens, ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi alleluya. Capi. ET radificaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius et in plenitudine ſanctorum detencio mea. Deo gracias. ℟. Speciosa facta es et ſuauis. Speciosa. ℣. In deliciis tuis ſãcta dei genitrix. Et ſuauis. Gloria patri. Speciosa. ℣. Elegit eam deus et pzelegit eam. ℟. Et habitare eaz facit in tabernaculo ſuo. Domine ex. Et clamore. Concede nos. vt sup. Deus adiutoziuz meuz. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria pa.

HOza nona dominus ieſus expirauit. Hely clamans animaz patri cõmendauit. Latus eius lancea miles pforauit

nit. Terra tunc contremuit et sol obscurauit. Adorzamuste. Oracio. Domine ieſu. Gloziosa paſſio.

Ad veſperas

Deus in adiutoziuz meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina Glozia. ān. Poſt partum virgo. Psalm.

Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Stantes erāt pedes noſtri in atriis tuis hieruſalem Hieruſalem que edificatur vt ciuitas: cuius participacio eius in idipſum. Illuc enim aſcenderunt tribus tribus dñi: teſtimoniuz iſrael ad confitendum nō dñi. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſup domuz dauid. Rogate que ad pacem ſunt hieruſalem: et abundancia diligentibus te.

Fiat

Fiat pax ī vtute tua, et abundantia in turribus tuis. ℣ Propter fratres meos et proximos meos, loquebar pacem de te. ℣ Propter domum domini dei nostri, quesiui bona tibi. ℣ Gloria patri. ℟ Sicut erat.

Ad te leuaui oculos meos, q habitas in celis. ℟ Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum. ℟ Sicut oculi ancille in manibus domine sue, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. ℣ Miserere nostri domine miserere nostri, qz multum repleti sumus despectione. ℣ Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus et despectio superbis. ℟ Gloria patri.

Nisi quia dominus erat ī nobis dicat nūc israel, nisi qz dñs erat

erat in nob? ℭ um exurgerent ho-
mines in nos: forte viuos deglutis-
sent nos. ℭ um iraſceretur furor
eorum in nos, forſitan aqua abſor-
buiſſet nos. ℭ orrentem pertran-
ſiuit anima noſtra, forſitan pertrā-
ſiſſet anima noſtra aquam intole-
rabilem. ℬ enedictus dominus q̄
non dedit nos, in captione dentib?
eorum. ℬ nima noſtra ſicut paſſer
erepta eſt: de laqueo venantium.
ℒ aqueus contritus eſt, et nos li-
berati ſum? ℬ diutorium noſtrum
in nomine d̄ni nri, q̄ fecit celum et
terram. ℭ loria patri

QUi confidunt in dño ſi-
cut mons ſyon: non cōmo-
uebitur in eternum q̄ habi-
tat in hieruſalē. mōtes in
circuitu eius: et dñs in circuitu populi
ſui, ex hoc nunc et vſq; in ſeculum

ℭ ula

Qz non relinquet dominus virgã
peccatorum super sortem iustorũ,
ut non extendant iusti ad iniquita
tem manus suas. Benefac dom̃
ne bonis et rectis corde. Declinã
tes autem in obligationes adducet
dominus cum operantibus iniqui
tatem: pax super israel. Gloria pa
tri. Sicut erat in.

In conuertẽdo dominus ca
ptiuitatem syon: facti sum
sicut consolati. Tunc repleb
tum est gaudio os nostrum, et lin
gua nostra exultatione. Tunc di
cent inter gentes: magnificauit do
minus facere cum eis. Magnifica
vit dominus facere nobiscum: facti
sumus letantes. Conuertere dom
ne captiuitatem nostram, sicut to
rrens in austro. Qui seminant in
lachrymis, in exultatione metent.

Ego

Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Gloria. ℣. Post partum virgo inviolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Capitulum.

BEata es virgo maria que dominum portasti creatorē mundi: genuisti qui te fecit & in eternū permanes virgo. Deo gratias. Hymnus.

AVe maris stella dei mater alma, atq; semper virgo felix celi porta. Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eue. Solue vincla reis profer lumen cecis, mala nostra pelle, bona cuncta posce. Monstra te esse matrem sumat per te preces qui pro nobis natus

G.i. tulit

tulit esse tuus. ℣. Virgo singularis
inter omnes mitis nos culpis so-
lutos mites fac et castos. ℣. Vitam
presta puram, iter para tutum, ut
videntes iesum semper colletemur
℟. Sit laus deo patri summo christo
decus spiritui sancto trinꝰ honor
unus. Amen. ℣. Sancta dei genitrix virgo semper maria. ℟. Intercede pro nobis ad dominum deum nostrum. ℣. Sancta maria.

℣. Canticum beate marie.

Magnificat: anima mea dominum. ℟. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo. ℣. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. ℟. Quia fecit michi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. ℣. Et misericordia eius a progenie

in

in progenies: timentibus eū. Fecit potentiam in brachio suo; dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes implesit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. Gloria patri. ant. Sancta maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad. Oremus.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis & corporis salute gaudere: et gloriosa dea

te marie semper virginis intercessione: a presenti liberari tristicia, et eterna perfrui letitia. Per christum dominum nostrum. Amen. Deus in adiutorium meum intende, Dñe ad ad. Gloria patri. Sicut erat.

De cruce deponitur hora vel per ina. Fortitudo latuit in mēte diuina. Talē mortem subijt vite medicina. Heu corona glorie tacuit supina. Adoramus Dñe iesu. Gloriosa passio. ut supra. Ad completorium.

Conuerte nos deus salutaris noster, et auerte iram tuā a nobis. Deus in adiutorium meum intende. Dñe ad ad. Gloria. Exultemus.

Usquo dñe obliuiscēris me in finem: usquo auertis faciem tuam ame. Quandiu ponam

ponam cōsilia in anima mea: do-
lorem in corde meo per diē. Usq
quo exaltabitur inimicꝰ meꝰ: sup
me respice & exaudi me dñe deus
meus. Illumina oculos meos ne
vnqꝫ obdormiam in morte: nequā
do dicat inimicꝰ meus prevalui
adversus eum. Qui tribulant me
exultabunt si motus fuero: ego au
tem in mia tua speraui. Exulta-
bit cor meum in salutari tuo: can-
tabo dño qui bona tribuit michi &
psallā nomini domini altissimi.
Glorja patri. Sicut erat.

IUdica me deus & discerne cau-
sam meam de gente non sanc-
cta: ab homine iniquo & dolo-
so erue me. Quia tu es deus fortitu-
do mea: quare me repulisti & quare
tristis incedo dū affligit me inimi-
cus? Emitte lucem tuam et ve-

ritatem tuam: ipsa me deduxerunt
et adduxerunt in montem sanctum
tuum et in tabernacula tua. Et
introibo ad altare dei, ad deum qui le-
tificat iuuentutem meam. Confite-
bor tibi in cythara deus deus meus
quare tristis es anima mea: et qua
re conturbas me. Spera in deo
quoniam adhuc confitebor illi sa-
lutare vultus mei et deus meus.
Gloria patri. Sicut erat.

Sepe expugnauerunt me a iu-
uentute mea: dicat nunc isra-
el. Sepe expugnauerunt me
a iuuentute mea: etenim non potu
erunt michi. Super dorsum meum
fabricauerunt peccatores: prolon-
gauerunt iniquitatem suam. Do-
minus iustus concidet cervices
peccatorum: confundantur et con
uertantur retrorsum omnes qui

oderunt sion. ℟. fiant sicut fenum tectorum: quod priusquã euellatur exaruit. ℣. De quo non impleuit manum suam: qui metet et sinum suum qui manipulos colliget. ℟. Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: benedicimus vobis in nomine dñi. ℣. Iozia

DOmine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei ℟. neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me. ℣. Si non humiliter sentiebam sed exaltaui animam meam. ℟. Sicut ablactatus super matrem suam: ita retributio in anima mea. ℣. Speret israel in domino: ex hoc nunc et vsq; in seculum. ℟. Iozia. ã. Cum iocũditate memoriã btẽ marie celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dñm ihesũ christũ. cõ.

Sicut cynamomum ⁊ balsamū
aromatizans odorē dedi: quasi
myrra electa dedi suauitatem
odoris. Deo gratias. ℣. Virgo
singularis inter omnes mitis nos
culpis solutos mites fac et castos.
℟. Itam presta puram, iter para
tutum vt videntes iesum semper
colletemur. ℣. Sit laus deo patri sū-
mo christo decus spiritui sancto
trinus honor vnus. Amen. ℣.
Ecce ancilla domini. ℟. Fiat mi-
chi secūdum verbū tuum. ā. Ecce
completa. Canticum symeonis.

Nunc dimittis seruum tuum
domine: secundum verbum
tuum in pace. Quia viderunt
oculi mei: salutare tuum. Quod
parasti: ante faciem omnium po-
polorū Lumen ad reuelationem
gentium: ⁊ gloriā plebis tue israel

Gloria

Gloria ā. Ecce completa sunt om
nia que dicta sunt per angelum de
virgine maria. Domine exaudi o-
rationem meam. Et clamor me⁹
ad te veniat. Oremus.

GRatiam tuam quesumus
domine mentibus nostris in
funde, vt qui angelo nunci-
ante christi filij tuj incarnationē
cognouimus: per passionem eius
et crucem ad resurrectionis glo-
riam perducamur. Per eundem
xp̄m dn̄m nostrū. Amen. Bn̄dica-
cam⁹ dño. Deo gratias. Cōuerte
nos. ℟ t auerte. ℣ e⁹ in. ℣ñe ad.

HOra completorij datur sepul
ture. Corpus christi nobile
spes vite future. Conditur
aromate, complentur scripture.
Jugi sit memoria mors hec michi
cura. Has horas canonicas cum

deus

deuotione Christe tibi recolo pia
ratione. Ut qui pro me passus es
amoris ardore: Sis michi solatium
in mortis agone. Adoramus te.
℣. O ne iesu. Gloria. vt supra.

¶ Salutatio deuota ad beatam virginem mariam.

SAlue regina misericordie vita
dulcedo et spes nostra salue.
Ad te clamamus exules filij
eue. Ad te suspiramus gementes
et flentes in hac lachrimarum val-
le. Eya ergo aduocata nostra il-
los tuos misericordes oculos ad
nos conuerte. Et iesum benedic-
tum fructum ventris tui nobis
post hoc exilium ostende. O cle-
mens. O pia. O dulcis. O mitis
maria. ℣. Virgo mater ecclesie e-
terne porta glie, esto nobis refugi-
um

um apud patrem et filium. ℣ clemens ℣. Virgo clemens, ℣go pia ℣go dulcis o maria exaudi preces eium ad te pie clamãtium, ℣ pia. ℣. Funde preces tuo nato crucifixo, vulneratio, et pro nobis flagellato, spinis puncto, felle potato ℣ dulcis. ℣. O gloriosa dei mater cuius natus exiat pater: ora pro nobis omnibus qui tui memoriaz agimus. ℣ maria ℣. O ele culpam miserorum, terge sordes peccatorum da nobis beatorum vitam tuis precibus. ℣ mitis. ℣. Ut nos soluat a peccatis pro amore sue matris et ad regnum claritatis perducat nos rex pietatis. ℣ clemens. ℣ pia. ℣ mitis maria salue. ℣. Aue maria gratia plena dominus tecum. ℟. Benedicta

tu

tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Oremus.

OMnipotens sempiterne deus q̃ gloriose virginis & matris marie corpus & animam ut dignum filij tui habitaculum effici mereretur spū scto cooperante mirabiliter preparasti: da vt cuius commemoratione letamur eius pia intercessione ab instantibus malis & a morte perpetua atq; subitanea liberemur. Per eūdem dominū nostrū iesum christum filiū tuum qui tecū viuit & regnat deus per omnia secula seculorū. Amen. Benedicamus domino. Deo gratias. Alia salutatio.

GAude virgo mater christi q̃ per aurem concepisti gabrielē nuncio. Gaude quia deo plena peperisti sine pena cum pudoris

doris lilio. Gaude q2 tui nati que dolebas mo2tem pati fulget resurrectio. Gaude Chr̃isto ascendente quod in celũ te vidente motu ferr̃ p2opr̃io. Gaude q9 post ipsum scandis et est hono2 tibi grandis in celi palatio. Cui fruct9 ventris tui per te detur nobis frui in perenni gaudio. Amen. ℣. Benedicta es a filio tuo dñā. ℟. M2 per te fructū vite communicauimus. Oremus.

DEus qui beatissimam virginem mariam in conseptu et partu virginitate seruata duplici gaudio letificasti: quiq; et9 gaudia filio tuo resurgente & ad celos ascendente multiplicasti: p̃sta quesum9. Vt ad illud ineffabile gaudium quo assumpta tecum gaudet in celis, eius meritis & intercessione, valeamus peruenire.

Per

Per xpm dominū nostrū. Amen.

Gaude de floze virginali honoreꝛ specialiꝫ transcendens splendiferum, angelozum pzincipatum et sanctozum decozatum dignitate numerum. Gaude sposa chara dei nam vt clara luce diei solis datur lumine: sic tu facis oꝛbem vere tue pacis resplendere lucis plenitudine. Gaude splendens vas virtutum cunctis parens est ad nutum tota celi curia te benignaꝫ et felicem iesu dignam genitricem venerans in gloꝛia.

Gaude nexu voluntatis et amplexu charitatis iunꝛcta sis altissimo: vt ad votum consequaris quicquid virgo postulaꝛis a iesu dulcissimo. Gaude mater miseꝛozum quia pater seculoꝛum dabit te cōsentibus, congruentem hic meꝛe-

dem

dem et felicem poſſi ſedem regnis in celeſtibus. Gaude virgo mater chriſti tu que ſola meruiſti O virgo puriſſima eſſe tante dignitatis vt ſis ſancte trinitatis ſeſſione prorima: Gaude virgo mater pura certa manens et ſecura quod hec ſeptem gaudia non ceſſabunt nec decreſcent ſed durabunt et floreſcent per eterna ſecula.

O ſponſa dei electa eſto nobis via recta ad eterna gaudia vbi par eſt et gloria tu nos ſemper aure pia dulcis cyaudi maria. Amen. ℣ Ora pro nobis ſanctiſſima dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus chriſti.

Oremus.

DEuciſſime domine ieſu chriſte fili dei viui qui beatiſſimam

ſimam virginem mariam ma
tuam piſſimam perpetuis ꝛ fe
bus gaudijs tecum in celo co
tam letificaſti: concede propic
Ut eius meritis ꝛ precibus con
nuis: ſalutem ꝛ proſperitatem m
tis ꝛ corporis cum gaudio ꝛ alac
tate: et abundantia omnium b
norum ſpiritualiũ et corporalium
conſequamur, in hoc ſeculo pie
iuſte ꝛ benigne viuamus, ꝛ po
tranſitum huius ſeculi ad gaudi
eterna feliciter peruenire vale
mus. Per xpm dominum noſtrũ.

Oratio deuota de beata maria.

Obſecro te dña ſancta ma
mater dei, pietate pleni
ma ſummi regis filia, m
ter glorioſiſſima, mater orphano
conſolatio deſolatiorum, vita er
tiũ, ſal⁹ et ſpes in te ſperantium.

Virgo

Virgo ante partū, ꝺgo in partu ⁊ ꝺgo post partū. Fōs mie, fōs salutis ⁊ gte, fōs pietat⁹ ⁊ leticie fons violationis et indulgētie. Per illā sactā inestimabilem leticiam qua exultauit spiritus tu⁹ in filio ꝺoza quando tibi per gabzielem archangelum annunciat⁹ et concept⁹ filius dei fuit. Et per illud diuinum mysteriū qꝺ tunc operat⁹ est in te spūs sanctus inestimabilem pietatem et gratiam, miam, amozem et humilitatem per quas filiꝰ tu⁹ descendit accipere humanam carnē in venerabilissimo vtero tuo, ⁊ in quibus te respexit qñ te cōmendauit sctō iohāni apostolo ⁊ euāgeliste. Et qñ te exaltauit super choros āgelox, et p illā sāctā inestimabilem humilitatem in qua tu respondisti archangelo gabzioli. Ec-

ce ancilla domini: fiat michi secun
dum verbum tuum. Et per illa sa
ctissima quindecim gaudia q̄ ha
buisti de filio tuo dño nostro iesu
christo. Et per illam sanctā mari
am compassionem et acerbissi
mum cordis dolorem quē habui
sti qñ dñm nr̄m iesū xp̄m ante cru
cem nudatum et in ipsa leuatum
vidisti pendentem, crucifixum, vul
neratum, sitientem fel apponi, cla
mantem audisti et morientem vi
disti. Et per quinq̄ vulnera filij
tui, et per contractionem viscerū
tuorum pre nimio dolore vulnerū
eius. Et per dolorem quem habu
isti quando vidisti eum vulnerari
et per fontes sanguinis sui, et per
omnem passionem eius, et per om
nem dolorem cordis tui, et per fon
tes lachrimarū tuarū, vt cuz oīb⁹
san

ſanctis et electis dei venias & feſti
nes in auxilium et conſilium me-
um, in omnibus oꝛationibus et re
queſtis meis, et in oĩbus angu-
ſtijs et neceſſitatibus meis et in
omnibus illis rebus in quib⁹ ego
ſum facturus, locuturus aut cogi
taturus oĩbus diebus ac noctibus
in hoꝛis atq; momentis vite mee.
Et michi famulo tuo impetres a
dilecto filio tuo complementum vi
te cum omni miſericoꝛdia et con-
ſolatione, omni conſilio et omni
auxilio, omni adiutoꝛio, omni be-
nedictione et ſanctificatione, omni
ſanatione pace et pꝛoſperitate, om
ni gaudio et alacritate. Etiaꝫ abũ
dantiam omniam bonoꝛum ſpiri
tualium et coꝛpoꝛaliuꝫ. Et gratiã
ſancti ſpũs q̃ me bene p oia diſpo-

nat, animam meam custodiat, cor
pus meum regat, sensꝰ erigat, cur
sum dirigat, mores componat, ac
tus probet, vota et desyderia mea
perficiat, cogitationes sanctas in
stituat, preterita mala indulgeat,
presentia emendet, futura modere
tur. Vitam honestam et honorabi
lem mihi tribuat, et victoriam cō
tra omnes aduersitates huius mū
di beatam pacem spūalem et cor
poralem michi tribuat, bonam spē
charitatem, fidem, castitatem, hu
militatem et pacientiam mihi pre
stet. Et quicq; sensus corporis mei
regat et protegat, septē opera mi
sericordie cōplere me faciat. Duo
decim articulos fidei et decem pre
cepta legis firmiter credere et te
nere me faciat. A lepem peccatis
mortalibus me liberet defendat
usq;

dies in finem vite mee. Et in nouissimis diebus meis ostende mihi faciem tuam et annuncies mihi diem et horam obitus mei. Et hanc orationem supplicem suscipias et exaudias et vitam eternam michi tribuas. Audi et exaudi me dulcissima virgo maria mater dei et misericordie. Amen.

¶Alia oratio deuota de beata virgine maria et de sancto iohanne euangelista.

O Intemerata et in eternum benedicta singularis et incomparabilis virgo dei genitrix maria gratissimū dei templum, spiritussancti sacrarium, ianua regni celorum, per quam posse deum totus viuit orbis terrarum Inclina mater misericordie aures

 tue

tue pietatis in dignis supplicatiõnibus meis, et esto michi miserrimo peccatori pia in omnibus auxiliatrix. ℣ Iohannes beatissime christi familiaris amice qui ab eodem domino nostro iesu christo virgo es electus et inter ceteros magis dilectus atq; in mysteriis celestibus vltra omnes imbutus apostolus enim et euangelista factus es preclarissimus. Te etiam inuoco cum maria matre eiusdem saluatoris nostri vt michi opem tuam cum ipsa conferre digneris. ℣ Due gemme celestes maria et iohannes. ℣ Duo luminaria diuinitus ante deum lucentia vestris radiis scelerum meorum effugate nubila.

Vos enim estis illi duo in quibus de-

deus pater per filium suum spiritualiter edificauit sibi demum.
Et in quibus ipse filius dei ob singularissime virginitatis meritum dilectionis sue confirmauit priuilegium in cruce pendens vni vestrum ita dicens. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. In huius ergo tam sacratissima amoris dulcedine velut mater et filius ad invicem coniuncti estis.
Vobis duobus ego miserrimus peccator commendo hodie corpus meum et animam meam: vt in omnibus horis atq; momentis interius et exterius firmi custodes et pij apud deū intercessores michi existere dignemini. Credo cui firmit et idubitāt fateor q; velle vīm vel le dei est: e nolle viz nolle dei est.

Unde quicquid ab illo petitis, fine
mora obtinetis. Per hanc ergo ei
potentissimam vestre dignitatis
virtutem poscite queso michi cor-
pori et anime salutem. Agite que-
so agite vestris sacris orationibus
vt cor meum inuisere et inhabita-
re dignetur spiritus almus grati-
arum largitor optimus qui mea
cunctis viciorum sordibus expur-
get, virtutibus sacris illustret et
exornet, in dilectione dei et proxi-
mi perfecte stare & perseuerare me
faciat. Et post huius vite cursum
ad gaudia me ducat electorum su-
orum benignissimus paraclitus.
Qui cum patre et spiritu san-
cto sancto viuis et regnas
deus per omnia secula
seculorum. Amen.

Qui-

Quindecim oꝝones sancte Brigitte.

O Domine Jesu christe eterna dulcedo te amantiū, inbilus excedens oē gaudiuꝫ ⁊ omne desideriuꝫ. Salus et amatoꝛ omniuꝫ vere penitentiuꝫ pctoꝝ rum: qui delicias tuas tessatus es esse cuꝫ filijs hominuꝫ ꝓpter hoiez homo factus es in fine tempoꝛuꝫ. Memēto omnis p̄meditacionis et intimi meroꝛis quez in humano coꝛpoꝛe sustinuisti, instāte salubeꝛrime passionis tue tpe in diuino coꝛde ab eterno pꝛeoꝛdinata. Memēto tristicie ⁊ amaritudinis quās in aio tetpso attestāte habuisti quando in vltima cena discipulis tuis coꝛpus et sanguinem tuum tradidisti pedes eoꝛum lauisti, ac dulciter eos consolando

imminen

Immineutem passionem tuaz pz
diristi. Mremento omnistremoz
et angustie et doloz is, quos tuo de
licato cozpoze ante passionez cru
cis tue pertulisti, quando post tri
nam ozationem et sanguineum
sudozem a tuo discipulo tradeba
ris ab electa gente capiebaris a
falsis testibus accusabaris a tri
bus iudicibus iniuste iudicaba
ris, in electa ciuitate in paschali tē
poze in flozida cozpozis iuuentute
innocenter condemnabaris veste
pzopzia eruebaris, et veste aliena
induebaris, colaphisabaris, ocu
lis et facie velabaris, alapis cede
baris, ad columnam ligabaris
et flagellabaris, spinis cozonaba
ris arundine in capite feriebaris
et innumerabilibus alijs calum
nijs lacerabaris, Da mihi quesso
ob

ob memoziam harum ante crucẽ tuam passionum veraz ante moz tem meam contricionem, puram confessionem dignam satisfactionem, et omnium peccatorum meozum remissionem. Amen. Pater noster. Aue maria.

Oratio. ij.

O Jesu vera libertas angelorum, paradisus deliciarum. Memento terroris et hoz roris quos sustinebas quando inimici tui quasi leones ferocissimi te circumsteterunt et colaphizationibus cõsputionibus, vngulationibus ceterisq; inauditis penis te molestauerunt.

Et

Et per omnia verba contumelio-
sa, dira verbera durissimaq; tor-
ta domine iesu xpe et per penas q-
bus te omnes inimici tui afflixe-
runt. Deprecor te vt liberes me ab
omnibus inimicis meis visibilib⁹
et inuisibilibus, et dones me sub
vmbra alarum tuarum protectio-
nem salutis eterne inuenire. Amē
Pater noster. Aue maria. Dño. iij.

O Iesu mūdi fabricator, quē
nulla dimensio vero in ter
mino metitur: q terraz pal
mo concludis recordare amaris-
simas manus tuas ad crucem
iudei obtusis clauis primo crude-
lissime afflixerunt, et perforando
delicatissimos pedes tuos, cuz nō
esses conueniens voluntati eoruz
dolorem super dolorem addiderūt
vulneribus tuis, et ita crudeliter
te

te detraxerunt et extenderunt in longum et latum crucis tue vt dis solueretur compagines membrorum tuorum. Deprecor te vt, huius sacratissimi & amarissimi in cruce doloris memoriã habeam vt des mihi timorem, et amorem tuum. Amen. Pater noster. Aue maria.

Oratio.iiii.

